Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Sanctus Leo papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

cogitur in quam simulare se fratrem
mentiri maiorem. Adeo perrexit ad gregem.
duos edos adducit. quorum pellibus
brachia enudata que et ceruicem absconde
ret ut hirsuti fratris presentiam simu
laret; Itaque paratis cibos delectabiles
mater. infert filius patri. Pater miratur
aduentum celerem filii; quid est hoc
inquit quod tam cito fili uenisti? qui
dominus dedit ait attulit tibi; surge man
duca quod desiderasti. ut benedictio
nem conferas quam promisisti; acce
de huc ad me inquit fili ut palpem te &
uideam si tu es esau filius meus; accede
in quid huc ad me ut tactu sentiam quod
oculis uidere non possum. palpando in
tellegam. quod uisu non cerno; Duo
sensus id est auditus & tactus in pa
tre secum contendunt quia unus eorum quod
latebat ostenderet. sed auditus indi
cat quod tactus ignorat; Fallit enim
habitus patrem. sed uox indicat ue
ritatem; Refert uox quod habitus
refellebat. nudat lingua quod teg
mine simulabant; Induimento quidem
fratrem mentitur. sed uerborum sonitu qui fuerat
indicatur; Unde iacob sanctissimus diuiditur
apud patrem in duo. dum mentitur habitu alium.
sed uox indicat uerum; uestitur maiorem si
mulat. sed sermo minorem non celat; Ita
enim alienum est quod simulatur. ut pro
prium est quod per uocem dinoscitur.

ut benedictione sit dignum quod est
proprium. & hereditari meruerit quod
fuerat alienum; **LEC. SCI EUANGEL. SEC. MATTH.**

In illo tempore. Adsumpsit ihs petrum & ia
cobum & iohannem fratrem eius & duxit illos
in montem excelsum seorsum & reliqua;

OMELIA BEATI LEONIS PAPE DE EADEM LECTIONE

Euangelica lectio dilectissimi que per
aures corporis interiorem mentium
nostrarum pulsauit auditum ad magni sacramenti
nos intellegentiam uocat; quam adspirante
gratia dei facilius assequemur. si considera
tionem nostram ad ea que paulo superius
narrata referamus; Saluator enim huma
ni generis ihs xps. condens eam fidem
que et impios ad iustitiam. & mortuos re
uocat ad uitam. ad hoc discipulos suos doc
trine monitis. & operis miraculis imbue
bat. ut idem & unigenitus dei & filius
hominis crederetur; Nam unum horum
sine alio non proderat ad salutem; & aequa
le erat periculi. dominum ihm xpm
aut deum tantum modo sine homine. aut si
ne deo solum hominem credidisse. cum
utrumque esset pariter confitendum
quia sicut deo uera humanitas ita
homini inerat uera diuinitas; Ad con
firmandam ergo huius fidei salubrita
tem interrogauerat discipulos suos dominus
inter diuersas aliorum opiniones. quid ip
si de eo crederent. quidue sentirent; ubi
apostolus petrus. per reuelationem summi patris

corporea superans. & humana transcendens.
uidit mentis oculis filium dei uiui & confessus
est gloriam deitatis. quia non ad solam
respexit substantiam carnis & sangui
nis; tantumque in hac fidei sublimitate
complacuit. ut beatitudinis felicitate
donatus. sacrae inuiolabilis petrae ac
ciperet firmitatem. supra quam fundata
ecclesia. portis inferni. & mortis legibus
praeualeret; nec in soluendis aut ligan
dis quorumque causis. aliud ratum
esset in caelo. quam quod petri sedisset ar
bitrio; haec autem dilectissimi laudatae
intellegentiae celsitudo. instruenda
erat de inferiori substantiae sacra
mento. ne apostolica fides. ad glo
riam confitendae in christo deitatis euec
ta. infirmitatis nostrae receptionem.
indignam inpassibili deo atque in
congruam iudicaret; & ita iam in
ipso humanam crederet glorificatam esse
naturam. ut nec supplicio posset affici nec
morte dissolui; & ideo dicente domino. quod opor
teret eum ire hierusolimam & multa pati
a senioribus & scribis. ac principibus sacerdo
tum. & occidi. & tertia die resurgere; cum be
atus petrus. qui superno inlustratus lumine.
de ardentissima filii dei confessione ferue
bat contumelias inlusionum & crudelissime
mortis obprobrium. religioso ut putabat & li
bero fastidio respuisset benigna ab ihu in
crepatione correptus. & ad cupiditatem

participandae cum eo passionis animatus est.
Subsequens enim exortatio saluatoris.
hoc inspirauit. hoc docuit. ut uolenter eum
sequi negarent se sibi. & prosperorum
leuissimum ducerent temporalium detrimen
tum; quia is demum animam suam saluam faceret.
qui eam pro christo perdere non timeret; ut ergo is
tam felicis constantiae fortitudinem.
toto apostoli corde conciperent. & nihil
de suscipiendae crucis asperitate trepida
rent. ut de supplicio xpi non erubescerent.
nec pudendum sibi eam patientiam crederent.
quae sic subitura erat saeuitiam passionis.
ut non amitteret gloriam potestatis.
Adsumpsit ihs petrum & iacobum & fratrem
eius iohannem. & conscenso cum eis seorsum
monte praecelso. claritatem illis suae gloriae
demonstrauit. quia licet intellexissent
in eo maiestatem dei. ipsius tamen corporis quo
diuinitas tegebatur potentiam nescie
bant. & ideo proprie significanterque promiserat.
quosdam de adstantibus discipulis. non prius
gustare mortem. quam uiderent filium
hominis. uenientem in regno suo. id est
in regia claritate; quam specialiter ad natu
ram suscepti hominis pertinentem. his tribus
uiris uoluit esse conspicuam; nam illam ipsi
us deitatis ineffabilem & inaccessibilem
uisionem. quae in aeternam uitam mundis corde serua
tur. nullo modo mortali adhuc carne
circumdati intueri & uidere poterant. aperit
ergo dominus coram electis testibus gloriam suam

et communem illam cum ceteris corporis formam.
tanto splendore clarificat. ut et facies
eius solis fulgori similis. et uestitus can
dori niuium esset aequalis; In qua transfi
guratione. illud quidem principaliter
agebatur. ut de cordibus apostolorum.
crucis scandalum tolleretur; Nec contur
baret eorum fidem uoluntarię humilitas
passionis. quibus reuelatę esset abscondite
excellentia dignitatis; Sed non minore pro
uidentia spes sanctę ecclesię fundabatur. ut
totum Christi corpus agnosceret. quali esset
commutatione donandum. et eius sibi honoris
consortium membra promitterent. qui in
capite prefulsisset; De quo idem dominus dixe
rat cum de aduentus sui maiestate loque
retur. tunc iusti fulgebunt sicut sol in reg
no patris sui; protestante hoc ipsum beato
paulo apostolo atque dicente. existimo enim
quod non sunt condigne passiones huius
temporis. ad futuram gloriam. que reue
labitur in nobis; et iterum. Mortui
enim estis. et uita uestra abscondita est.
cum Christo in deo; Cum autem Christus appa
ruerit uita uestra. tunc et uos cum ipso
apparebitis in gloria; confirmandis
uero apostolis. et ad omnem scientiam
prouehendis. alia quoque in illo mira
culo accessit instructio; Moyses enim
et helias. lex scilicet et prophetę. appar
uerunt cum domino loquentes. ut uerissime

in illa quinque uirorum presentia compleretur.
quod dictum est. In duobus uel tribus testi
bus stabit omne uerbum; quid hoc stabili
us. quid firmius uerbo. in cuius predicatio
ne. ueteris ac noui testamenti concinit tuba:
et cum euangelica doctrina. antiquarum pro
testationum instrumenta concurrunt;
Adstipulantur enim sibi inuicem utri
usque federis pagine. et quem sub uelami
ne mysteriorum precedentia signa promiserant.
manifestum atque perspicuum presentis glorię
splendor ostendit; quia sicut ait beatus
iohannes. Lex per moysen data est. gratia
autem et ueritas per ihesum Christum facta est;
In quo et propheticarum impleta est promis
sio figurarum. et legalium ratio pre
ceptorum. dum et ueram docet prophetiam
per sui presentiam. et possibilia facit
mandata per gratiam;
His ergo sacramentorum reuelationibus.
petrus apostolus incitatus. mundana
spernens. et terrena fastidiens. in aeter
norum desiderium quodam mentis rapiebat
excessu. et gaudio totius uisionis imple
tus. ibi cum ihesu optabat habitare. ubi
manifestata eius gloria lętabatur; unde
et ait; Domine bonum est nobis hic esse. si uis fa
ciamus hic tria tabernacula. tibi unum
et moysi unum. et helię unum; sed huic sug
gestioni dominus non respondit. significans
non quidem improbum. sed inordinatum esse

quod eu per& . cū saluari mundus nisi
xpi morte non poss& . & ex emplo dn̄i
in hoc uocar&ur credentiū fides . ut li
c& non oporter& de beatitudinis p
missione dubitari . Intellegeremus tamen in
ter temptationes istius uite . prius nobis
tolerantiā postulandam esse quā gloriā .
quia tempora patiendi . non potest feli
citas preuenire regnandi ; Adhuc itaq;
loquente eo . & ecce nubes lucida obūbra
uit eos . & ecce uox de nube dicens . hic est
filius meus dil&tus in quo mihi bene
complacui ipsum audite ; presens qui
dem erat in filio pat̄ . & in illa dn̄i cla
ritate . quā ad discipulorū temperat
asp&tum . non separabatur ab unige
nito genitoris presentiae ; sed ad cōmen
dam proprietatem utriusque p(er)sone sic
uisui significauit filiū splendor ex cor
pore . sic auditui patrem . uox nuntiauit
ex nube ; qua uoce accepta discipuli quidem
in faciem ceciderunt . & timuerunt ual
de . non de patris tantum . sed & de filii
maiestate tremuer̄ ; Altiore enī sensu unā
utriusq; intell&ere deitatem . & quia
in fide non erat hesitatio . non fuit in
timore discretio ; Latū ergo illud . &
multipl&x testimoniū fuit . & plus in
uirtute uerborum quā in sono uocis
auditū est . Dicente enī patre . hic ē
filius meus dil&tus . in quo mihi
bene complacui . ipsum audite . Non ne eui
denter auditū est . hic est filius meus . cui
ex me & mecū esse sine tempore est . quia
nec genitor genito prior . nec genitus ē
genitore posterior ; hic est filius meus . quē
a me non separat diuinitas . non diuidit potes
tas . non discernit aeternitas ; hic ē filius
meus . non adoptiuus . sed proprius . non ali
unde creatus . sed ex me genitus ; nec de
alia natura mihi factus comparabilis . sed
de mea essentia natus equalis ; hic ē fi
lius meus . per quem omnia facta sunt . & si
ne quo factū ē nihil ; quia omnia quę facio .
similiter facit . & quicquid operor . inse
parabiliter mecum . atq; indifferenter ope
ratur ; In patre enim ē filius . & in filio pater .
nec umquā unitas nostra diuiditur ;
& cum alius ego sim qui genui . alius ille
quem genui . non aliud tamen de illo
uobis cogitare fas est . quā de me sentire
possibile est ; hic est filius meus . qui eam
quam mecum hab& aequalitatem .
non rapina app&iit . nec usurpatione
presumpsit . sed manens in forma glorię
meae . ut ad reparandum genus huma
num . ex sequer&ur commune con
silium . usque ad formam seruilem in
clinauit incōmutabilem diuinitatem ;
hunc ergo in quo mihi per omnia bene
placeo . & cuius predicatione manifestor .
cuius humilitate clarificor . incunctanter

audite· quia ipſe eſt ueritas & uita ipſe
uirtus mea · atque ſapientia ; ipſum audite·
quem legis myſterice prenuntiauerunt·
quem prophetarum ora ceciner unt ;
ipſum audite qui mundum ſanguine ſuo
redemit qui diabolum ligat · & uaſa
eius rapit ; qui peccati cyrografum · &
preuaricationis pacta diſrupit ; ipſū
audite · qui uiam aperit ad celum · &
per uis ſupplicium · gradus uobis aſ
cenſionis paret ad regnū ; · Quid tre
pidatis redimi · quid pauetis ſci libera
ri· fiat quod me uolente uult xp̄s abi
cite carnalem formidinem · & fideli uos
armate conſtantia ; Indignū eſt ut
in ſaluatoris paſſione timeatis · quod
ipſius munere · nec in ueſtro finem ti
metis ; hec dilectiſſimi · non ad illorum
tantum utilitatē dictarunt qui ea
propriis auribus audierunt · ſed in illis
tribus apoſtolis · uniuerſa eccleſia didi
cit · que quidē eorū & aſpectus uidit·
& auditus accepit ; confirmetur er
go · ſecundum predicationē ſacratiſſi
mi euangelii · omniū fides · & nemo de xp̄i
cruce · p quem mundus redemptus eſt
erubeſcat ; Nec ideo quiſquā aut pati
pro iuſtitia timeat · aut de pmiſſo
rum retributione diffidat quia p la
borem ad requiem · & p mortē tranſit
ad uitā ; cū omne humilitatis nr̄e

infirmitatem · ille ſuſceperit · in quo ſi
in confeſſione · & dilectione ipſius p
manemus · & quod uicit uincimus &
qd̄ pmiſit accipimus ; quia ſiue ad fa
ciendā mandata · ſiue aduerſa tole
randa · pmiſſa ſemp uox patris·
debet noſtris auribus inſonare dicen
tis ; hic ē filius meus dilectus · in quo mihi
bene conplacui · ipſū audite · qui uiuit
& regnat cū patre & cū ſpū ſcō in ſecla
ſeculorū ; amen ; Item omelia
uenerabilis bede presbyteri
de eadem lectione ;

Quia dn̄s ac redemptor nr̄ electos ſuos
phuius uite labores · ad illā que la
borem neſcit uitā future beatitudi
nis introducere depoſuit · modo p euan
gelium ſuū ſudores certaminū tempora
lium · modo æternorum deſcribit
palmā premiorum · ut audītis uide
licet agonum neceſſitatibus · memi
nerint ſibi requiem in hac uita nequaquā
eſſe petendā · audita rurſū dulcedine
future retributionis · leuius ferant
mala ꝑtransfeuntia · que bonis ſpera
uerint remuneranda pp̄etuis ; cū enī
ſucceſſuorum que p̄eſſiones · paulo ſupe
rius commemoraſſet · confeſtim ea
quemodo cum legeretur audiuimus
adiunxit dicens ; filius enī hominis
uenturus eſt in gloria patris ſui cum